



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De bellis sacris filiorum Regis Clotharii. Cap. IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

non multo post mortuo, totam Thuringiam sibi subdunt. Captiuam inter alios Rade-gundem filiam Bertharij Regis, olim à fratre Ermenfrido peremti, Clotharius Rex suo sociavit matrimonio.

Anno 10. xxv. Almaricus Rex Visigothorum, cum vxorem suam Clotildem tractaret indignè, eo quod Arrianæ sectæ secum inferuire nollet, perimitur in Hispaniis, à fratre Clothildis Childeberto.

Anno 10. xxvi. Clotharius Rex cum fratre Childeberto, Augustodunum Burgundia urbem obsidens, cunctam fugato Gode-marò Burgundiam occupat.

Anno 10. xxx. Franci extorquent de manu Athalarici quidquid Galliarum auus eius Theodoricus Rex Italiae tenuerat.

Anno 10. xlii. Clotharius & Childebertus fratres, obsessa in Hispaniis Cæsaraugusta, ciuibus Deum adorantibus, & circumlata Vincentij martyris tunica, accepta ab eis pro munere ipsius martyris stola, redeunt, acquisita Hispaniæ parte maxima.

Anno 10. lvi. Clotharius Rex Fræcorum, rebelantes contra se Saxones, & auxiliâtes eis Thuringos graui pugna & excidio perdomuit.

*De bellis sacris filiorum Regis CLOTHARII.*

## C A P. I V.

CVM filij quatuor Clodouei annis quinquaginta regnassent, successit illis per

A 3

annos

*Hi nepotes  
quatuor Clodouei tertio  
loco in  
Fræcia Christiani regna-  
uerunt.*

annos XXIII. Chilpericus cum fratribus, filij Clotharij Regis. E quibus Chilpericus Suesfionis sedem regni habuit, Cherebertus Parhisiis, Guntramnus Aurelianis, & Sigebertus Metis. Quibus regnantibus, ea quæ subsequuntur contra infideles gesta sunt bella.

Anno 10. LXVII. ait Sigebertus historicus, Sigebertus Rex Hunnos, partes Francorum depopulantes, in Thuringia bello deuincit.

Anno 10. LXXXI. Duces Longobardorum Gallias ingrediuntur, & vario bellandi genere, nunc Franci, nunc Longobardi, inter se colliduntur.

Anno 10. LXXXII. Saxones in Italia à Longobardis recedentes, & terras suas in Germania positas repetere nitentes, ab exercitu Sigeberti ad viginti eorum milia cæsis, sero à bellis destiterunt.

*De sacris bellis gestis sub CLOTHARIO secundo Rege.*

C A P. V.

*Hic Brabantis Ducē dedit Pipinum.*

**P**OST Chilpericum, quem Fredegundis vxor, & Landricus adulter è venatione redeuntem necari curarunt, quadrimestris filius successit per annos quadraginta quatuor Clotharius secundus.

*Anno 601.* Qui cùm & ætatis & regni sui annum ageret quartumdecimum, acriter cum Hunnis pugnatum est in Thuringia.

*Anno 630.* Memorabile quoque est bellum eius Saxoni-